Ex Libris
T. B. REED
F. 1032

This is the earliest Type Specimen Book I have seen

JBL

Rome
6078
K

INDICE
DE CARATTERI,

Con l'Inuentori, & nomi di essi,

esistenti

NELLA STAMPA VATICANA,

& CAMERALE.

MO MO
ALL'ILL. ET R. SIG. IL SIG.

FRANCESCO

CARD. BARBERINO.

IN ROMA. MDCXXVIII.

ST. [illegible] FOUNDATION
Passm[illegible] Library
REED [illegible] ION 1900

ILL.MO PRINCIPI

FRANCISCO

CARD. BARBERINO

VRBANI VIII. PONT. MAX.

Fratris filio

Sacri Palatij Bibliothecario.

Andreas Brogiottus F.

QVicquid à tenuitate mea demùm exiſtit, muneris eſt tui, Princeps Illuſtriſs. nec tàm exile quicquam eſſe poteſt à me, quin tibi gratum accidere debeat, cum tuum ſit. Ea me conſcientia fidentiorem facit, impellitq., vt hos

etiam tibi dedicem quos expreſsi Characteres, ad ſpecimen aliquod proponendum eius Typographiæ, cuius, te authore, poſſeſsionem, ac præfecturam accepi. Multos ex ijs ego reperi iam olim factos, dum armaria vetera perſcrutarer: ſed longè plures fieri iuſsi non modico ſumptu, id potiſsimum ſecutus, vt te ad proferendos in lucem ſingulares è Vaticana Bibliotheca codices incitarem. Hoc igitur oro, vt hilari vultu aſpicias, excipiasq. quos tuis oculis offero Characteres, eorum nimirum indices, quibus in animo meo altiùs impreſsi conſignauiq. beneficia tua.

Vale.

Al Lettore.

Io hò sempre stimato atto degno di biasmo, il tener nascoste quelle cose, che vtili e dilettevoli insieme esser possono con la publicatione. questa cagione mi hà mosso à dar' in luce, ò più tosto à far mostra à gl' occhi altrui de' Caratteri della Stampa Vaticana, da me in gran parte accresciuti e rinouati, per commun benefitio, e di chi particolarmente è solito di ricorrer' per l'impressione dell' Opere, all' aiuto delle straniere Nationi; Di questi si può godere la bellezza, accompagnata alla varietà che maggiormente dee stimarsi, per hauer dato l'esempio, e la norma all'altre più celebri Stamperie; E perche non si haueſſe nel diletto à desiderar qualche parte di vtile, hò voluto che gli medesimi Caratteri, illustrati con la cognitione dell'antichità, portino scolpiti nella fronte i Nomi di coloro, che ne furono gl'Inuentori. Resta che gl' Huomini Letterati spetialmente, al nome de' quali è riserbata per mezzo delle Stampe l'immortalità, honorandogli delle lor fatiche, mi diano occasione di potere con gli effetti mostrar' verso di loro più certo segno della mia osseruanza.

IESVS CHRISTVS

SVMMVS MAGISTER

CÆLESTIS DOCTRINÆ

AVCTOR.

S. SILVESTER
CHRISTI DOMINI
VICARIVS.

A
ET
Ω

CONSTANTINVS
IMPERATOR
ECCL. DEFENSOR.

A D A M

Diuinitùs edoctus, primus ſcientiarum & litterarum inuentor.



i h f n m l ĸ i t hh z u h d g b a



th ſc r q zz

MOYSES
Antiquas Hebraicas litteras inuenit.

f gh ſ n m l ĸ i t hh z u h d g b a



th ſc r q zz

C

ABRAHAM
Syras, & Chaldaicas litteras inuenit.



ESDRAS
Nouas Hebræorum litteras inuenit.

כ	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
c	i	t	ch	z	u	h	d	g	b	a
ת	ש	ר	ק	צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל
t.th	ſc	r	k	ts	p.ph	gh	ſ	n	m	l

PHOENIX
Litteras Phœnicibus tradidit.



Arabici Characteres.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص

a b t th g h ch d dh z r f ſc ſſ

ض ط ظ ع غ ف ق ك ل م ن ه و ا ي

dh tt thd hh gh f ch q l m n h u la i

S. HIERONYMVS.

Litterarum Illyricarum inuentor.



a b u gh d e ſg ſz ſz is i gi ju ĸ l

m n o p r ſ t u f h pſ cc z od ſc I ia iu

S. CYRILLVS

Aliarum Illyricarum litterarum Auctor.

А	Б	Г	Д	Є	Ж	Ѕ	З	И	Ѳ	І	К	Л	М	Н	О
a	b	g	d	e	x	ſ	z	i	th	i	K	l	m	n	o

П	Р	С	Т	Ѵ	Ф	Х	Ѱ	Ѡ	Ц	Ч	Ш	Щ	Ъ	✣
p	r	ſ	t	u	f	ch	pſ	ω	z	cc	ſc	x	ſct	

LINVS THEBANVS

Litteratum Græcarum inuentor.

Α	Β	Γ	Δ	Ε	Ι	Κ	Λ	Μ	Ν
a	b	g	d	e	i	ĸ	l	m	n

Ξ	Ο	Π	Ρ	Σ	Τ
x	o	p	r	f	t

CADMVS PHOENICIS FRATER
Litteras haſce in Græciam intulit.

Α	Β	Γ	Δ	Ε	Ι	Κ	Λ	Μ	Ν	Ξ
a	b	g	d	e	i	κ	l	m	n	x

Ο	Π	Ρ	Σ	Τ	Φ
o	p	r	f	t	ph

CECROPS DIPHYES

Primus Athenienſium Rex, Græcarum litterarum inuentor.

Α	Β	Γ	Δ	Ε	Ι	Κ	Λ	Μ	Ν	Ξ
a	b	g	d	e	i	κ	l	m	n	x

Ο	Π	Ρ	Σ	Τ	Φ
o	p	r	f	t	ph

PYTHAGORAS
Y. litteram ad humanæ vitæ exemplum inuenit.

Y.

SIMONIDES MELICVS
Quattuor Græcarum litterarum inuentor.

Z.	H.	Ψ.	Ω.
z	i	pſ	o

EPICHARMVS SICVLVS
Duas Græcas addidit litteras.

Θ.	X.
th	ch

PALAMEDES
Bello Troiano Græcis litteras quattuor adiecit.

Θ.	Ξ.	Φ.	X.
th	x	ph	ch

EVANDER CARMENTAE F.
Aborigines litteras docuit.

H. K. Q. X. Y. Z.

NICOSTRATA CARMENTA
Latinarum litterarum inuentrix.

A. B. C. D. E. G. H. I. L.
M. N. O. P. R. S. T. V.

MERCVRIVS THOYT
Ægyptijs ſacras litteras conſcripſit.



F

VLPHILAS EPISC.

Gothorum litteras inuenit.



DEMARATVS CORINTH.
Hetruſcarum litterarum Auctor.



Isis Regina Ægyptiarum litterarum inuentrix.



Alphabetum ex ſeptem Tabulis æneis Eugubij iampridem repertis congeſtum.

Alphabetum Indorum.



qual' è nella Stampa Vaticana.

A B C D
E F G H
I K L M
N O P Q
R S T V
X Y Z.

qual' è nella Stampa Vaticana .

In nomine Patris , & Filij,& Spiritus ſancti. Amen.

Benedicta ſit ſancta & indiuidua Trinitas , nunc,& ſemper & per infinita ſeculorũ ſecula.

Aue Maria.

qual' è nella Stampa Vaticana.

Nobis ſancti Spiritus gratia ſit data de qua Virgo virginum fuit obumbrata: cum per ſanctum Angelū fuit ſalutata Verbum caro factum eſt, Virgo fæcundata. Antiph. Veni ſancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam : in veritate tua exaudi me, in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo : quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animā meam : humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi : & an-

qual' è nella Stampa Vaticana .

Te Deum laudamus: te Dominum cõfitemur. Te æternum Patrẽ: omnis terra veneratur. Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates. Tibi Cherubim & Seraphim: inceſſabili voce proclamant. Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus ſabaoth. Pleni ſunt cæli, & terra: maieſtatis gloriæ tuæ. Te glorioſus Apoſtolorũ chorus. Te Prophetarũ laudabilis numerus. Te mar

Ecce quod dictum eſt. Si quis mihi miniſtrat me ſequatur. Quo fructu? qua mercede? quo præmio? eo, vbi ſum, inquit, ego illic & miniſter meus erit. Gratis ametur, vt operis quo miniſtratur illi, pretium ſit eſſe cum illo. Vbi enim bene erit ſine illo, aut quomodo ille male poterit eſſe cum illo? Audi euidentius. Et ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater

qual' è nella Stampa Vaticana.

Deus, qui Beatæ Annæ, tantam gratiam donare dignatus es, vt Mariam matrem vnigeniti Filij tui in ſuo vtero portare mereretur: da nobis per interceſsionem Matris, & Filiæ, tuæ propitiationis abundantiam: vt quarum memoriam pio amore complectimur, earum precibus ad celeſtem Hieruſalem peruenire mereamur. Per eundem Dominum noſtrum.

Præſentibus ſacrificijs quęſumus Domine intende propitius, vt per interceſsionem Beatæ Annæ, quæ Mater eſt Matris Filij tui Domini no-

qual' è nella Stampa Camerale .

Exultate Deo adiutori noſtro : iubilate Deo Iacob . Sumite pſalmum, & date tympanum : pſalterium iucundum cum cithara . Buccinate in Neomenia tuba : in inſigni die ſolẽnitatis veſtræ . Quia præceptum in Iſrael eſt : & iudicium Deo Iacob . Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud , cum exiret de terra Ægypti : linguam, quam non nouerat, audiuit . Diuertit ab oneribus dorſum eius : manus eius in cophino ſeruierunt . In tribulatione inuocaſti me , & liberaui te : exaudiui te in abſcondito tempeſtatis , probaui te

CARATTERE detto Corsiuo grosso.

Che è nella STAMPA VATICANA.

Locar sopra gli Abissi i fondamenti
De l' ampia Terra, e com' vn picciol velo
L' Aria spiegar con le tue mani, e'l Cielo,
E le Stelle formar chiare, e lucenti.

Por legge à i Mari, à le tempeste, à i venti,
L' humido vnir' co'l suo contrario, e'l gelo
Con infinita prouidenza, e Zelo,
E crear', e nodrir' tutti i viuenti.

Signor fù poco à la tua gran possanza:
Ma che tu DIO, tu Creator volesti
Nascer' huom', e morir' per chi t'offese.

Cotanto l'opra de' sei giorni auanza,
Ch' io no'l sò dir, no l' san' gli Angioli stessi,
Dicalo il Verbo tuo, che sol' l' intese.

qual' è nella Stampa Vaticana .

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tueatur te Memor ſit omnis ſacrificij tui: & holocauſtum tuum pingue fiat. Tribuat tibi ſecundum cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet. Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam ſaluum fecit Dominus Chriſtum ſuum. Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ eius. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos

qual' è nella Stampa Vaticana.

Deus noſter refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: cõturbati ſunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſsimus. Deus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo. Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra. Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob. Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram;

Iubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Dicite Deo, quã terribilia ſunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo. Venite, & videte opera Dei: terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede; ibi lætabimur in ipſo. Qui dominatur in virtute ſua in æternum, oculi eius ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis. Benedicite gentes Deum noſtrum: & auditam facite vocem laudis eius. Qui poſuit animam meam ad vi-

qual' è nella Stampa Vaticana .

IN FESTO TRANSFIGVRAT.IS D. N. Ieſu Chriſti.

Antiph.

CHriſtus IESVS ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius; portãsq. omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, in monte excelſo glorioſus apparere hodie dignatus eſt. ℣. Glorioſus apparuiſti in conſpectu Domini. ℟. Propterea decorem induit te Dominus. Oratio.

DEus, qui fidei ſacramenta in vnigeniti tui glorioſa Transfiguratione, patrum teſtimonio roboraſti; & adoptionem filiorum perfectam voce delapſa in nube lucida mirabiliter præſignaſti: cõcede propitius, vt ipſius regis gloriæ nos coheredes efficias, & eiuſdem gloriæ tribuas eſſe conſortes. Per eundem.

Qual' è nella Stampa Camerale.

CAPVT II.

Refertur de quodam nobilissimo comite campaniæ: qui in remotis orbis partibus recessurus virum quemdam pauperem, & languidum, atque deuotum, quem diu eleemosynis pauerat supplicite exorauit, vt pro se quotidie rogaret Dominum, vt eum sanum, & sine periculo euntem duceret, & reduceret redeuntem. Cui pauper, sine diligenti, inquit, sustentatione corporis orare non possum, cum sim exanimatus cerebro, corde debilis, & viribus penitus destitutus. Mox comes, duobus dispensatoribus, quos in custodiam suæ domus relinquebat, præcepit, dicens, languidum istum cibis, & omnibus necessarijs corporis diligentissime procurate: quod illi promiserunt se facturos, & sic comes profectus est. & primum quidem, per dies quindecim dispensatores, illius pauperis recordati, ei necessaria ministrauerunt. Deinde minus, ac minus, ad vltimum pene eius obliti sunt.

Qual' è nella Stampa Camerale.

Domine pie, qui agrum figuli pretio Sanguinis tui in ſepulturam peregrinorum comparari voluiſti, quæſumus, dignanter reminiſcere clementiſſimi huius myſterij tui. Tu es enim Domine, figulus noſter, tu quietis noſtræ ager, tu agri huius pretium; Tu dediſti etiam, & ſuſcepiſti: Tu de pretio tui viuifici Sanguinis nos requieſcere donaſti. Tu ergo Domine, qui es offenſionis noſtræ clementiſſimus indultor, expectantiſſimus iudicator, iudicij tui ſuperabundantiſſimus miſerator, iudicium tuæ iuſtiſſimæ ſeueritatis abſcondens poſt miſerationem tuæ piæ redemptionis adeſto exauditor, & effector noſtræ reconciliationis. hocque Cœmeterium peregrinorum tuorum cæleſtis patriæ incolatum exſpectantium, benignus purifica, & reconcilia; & hic tumulatorum, & tumulandorum corpora de potentia, & pietate tuæ reſurrectionis ad gloriam incorruptionis non

ST. BRIDE FOUNDATION
Passmore Edwards Library
REED COLLECTION 1900

VRBANVS PAPA VIII ANNO V

RADIO LIBRARY
RADIO LIBRARY

In Festo Dedicat.nis S. MICHAELIS ARCHANGELI.

RINCEPS glorioſiſſime, MICHAEL Archangele, eſto memor noſtri: hic, & vbique ſemper orare pro nobis filium Dei, haleluiah. ℣. In conſpectu Angelorum pſallam tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Oratio.

DEus, qui miro ordine, Angelorum miniſteria, hominumq; diſpenſas: concede propitius, vt quibus tibi miniſtrantibus in cœlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per Dominum noſtrum &c.

qual' è nella Stampa Vaticana.

Idem. Cap. 207.

Narrauit nobis Abbas Theonas, & Theodorus, quòd Alexandriæ sub Paulo Patriarcha, puella quædam relicta fuerat pupilla à parentibus magna facultate locupletioribus. Erat autem adhuc sine baptismo. Die vero quadam ingressa pomarium, quod sibi reliquerant parentes eius: (sunt enim in medio ciuitatis pomaria,) vidit quendam parantem sibi laqueum, vt se præfocaret. Cucurrit igitur, & dixit ei: Quid facis homo? Dixit autem ei: Dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione sum. Quæ ait illi: Dic mihi causam, & fortasis iuuare te potero. Dixit illi: Graui ære alieno premor, & valde suffocor à creditoribus: elegiq. potius vitam semel finire, quàm quotidie mori. Quæ dixit illi: Quæso te, accipe omnia, quæ habeo, & redde: tantum ne perdas te ipsum. Sumens vero ille, reddidit omnia. Puella ergo angustari cœpit, non habens, qui sui curam ge-

FRANCISCVS CARDINALIS BARBERINVS

qual' è nella Stampa Vaticana.

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino. A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino. Quia apud Dominum miſericordia; & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri &c.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me, in tua iuſtitia. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum me-

qual' è nella Stampa Vaticana .

Idem. Cap. 200.

Narrauit nobis quidam sanctorum Patrũ, quòd iuuenis quidam ingeniosus, se ad aurificem, pro discenda arte contulerit: quam dum solerter addisceret, Vnus ex patritijs iniunxit eis, vt Crucem auream lapidibus pretiosis ornatam facerent, quo illam ecclesiæ offerret. Et quoniam valde ingeniosus erat adolescens, iniunxit illi magister eius id opus. Cœpit ergo adolescens cogitare intra se, ac dicere: Si iste tantas offert pecunias Christo, cur non & ego mercedem meam in istam Crucem conferam, vt eam mihi, tamquam duo minuta viduæ, computet Christus? Cogitans igitur quantum mercedis esset acceptu-rus, mutuatur id, & in Crucem mittit. Veniens itaq patritius, ponderat Crucem, priusquam in illa lapides includerentur, inuenitq. plus habere ponderis, quàm constituerat. Cœpit itaque minitans Vrgere adolescentem, quasi fraudem feciſſet, aurumq. adulterasset. Tunc ait illi adolescens: Nouit ille, qui solus cordium scrutatur arcana, quia nihil tale feci, sed cum viderem te tantum pecuniarum Christo Domino obtuliße, cogitaui immittere mercedem meam, vt & ego partem habeam tecum, vtq. me suscipiat Christus, quemadmodum duo minuta viduæ illius

Qual' è nella Stampa Vaticana.

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit iucunda, decoraq. laudatio. Ædificans Ieruſalem Dominus: diſperſiones Iſraelis congregabit. Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat. Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus. Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians autem peccatores vſque ad terram. Præcinite Domino in confeſsione: pſallite Deo noſtro in cithara. Qui operit cælum nubibus: & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum: & herbam ſeruituti hominum. Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis coruorum inuocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum: & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Gloria Patri, & Filio, &c.

Lauda Ieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te. Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit. Mittit cryſtallum ſuum ſicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?

qual' è nella Stampa Vaticana.

Idem. Cap. 175.

Narrauit nobis quidam Patrum de Zenone Imperatore dicens, quòd mulierem quandam in filia ipsius iniuriosè tractauerit. Hæc autem vacabat in templo Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis, orans eam, & deprecans, & cum lacrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cum ergo multis diebus hoc faceret, apparuit ei sancta Dei genitrix dicens: Crede mihi mulier, vltionem tuam sæpe facere volui, sed manus eius prohibet me. Erat enim valde misericors, & eleemosynas faciens.

Fuit temporibus Theophili beatissimi Patriarchæ Alexandrini, Cyrenæ Episcopus Synesius Philosophus, qui cum venisset Cyrenem, reperit illic Philosophum quendam Euagrium nomine, qui sodalis suus in studijs liberalibus fuerat, amicum sibi carissimum, sed religione gentilem, & culturæ idolorum maxime deditum. Eum Episcopus Synesius ab idolatria transferre ad culturam Christi satagebat, curamq. ingentem eius rei sibi assumpserat, pro charitate, quàm erga ipsum à principio habuerat. Ille vero minime id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat. Episcopus tamen, præ nimio ad illum amore, ne sic quidem tædio victus, desistebat diebus illum singulis hortari, & instruere, ac inducere vt Christo crederet, ipsiusq. sacramenta susciperet. Cumq. illi quotidie ista monita dare persisteret, dixit ad eum semel Philosophus: Vere, mi

A B C D E
F G H I K
L M N O P
Q R S T V
X Y Z

CAMERALI.

A B C D E F G
H I K L M N O
P Q R S T V X
Y Z

ANTIQUA.

A B C D E
F G H K
L M N O P
Q R S T V
X Y Z

CANCELLARIA.

A B C D E F G
H I K L M N O
P Q R S T V X
Y Z

N ij

Qual' è nella Stampa Camerale.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. Quia cinerem tamquã panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam. A facie iræ, & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui. Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem, & generationem. Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabi-

Idem. Cap. 186.

Perreximus in cœnobium Speluncæ Abbatis Sabæ, ad Abbatem Eustachium, ipsius cœnobij patrem, narrauitq. nobis dicens: Erat Tyri mercator quidam nomine Moschus. Is nobis, cum Tyrum venissemus, hoc retulit dicens: Cum essem super commercia, profundo vespere abij lauatum, & in via reperi mulierem stantem in tenebris: ad quam ego vbi perrexi, consensit sequi post me. Præ diabolico itaque gaudio non laui, sed ad cœnam properaui, multumq. orabam illam, vt comederet, sed illa gustare quicquam passa non est. Tandem surreximus, & cum ad cubandum venissemus, vellemq. illam amplexari, voce magna cum lacrymis clamauit, dicens: Væ mihi miseræ. Tremefactus itaque interrogabam causam fletuum. Illa vero amplius eiulans ait: Vir meus negotiator est, & naufragium fecit, perditiq. & sua, & aliena, & propterea in carcere inclusus est, nec habeo, quid faciam, vt vel panem illi ministrem, atque ideo præ nimia paupertate, corpus meum exponere proposui, vt illi panem inueniam. Omnia enim deperierunt. Et dixit illi: Quantum est debitum? Quæ ait: Quinque auri libræ. Proferens autem aurum dedit illi, dicens: Ecce, Dei nutu non tetigi te. Da aurum, & redime virum tuum, & orate pro me. Deinde post aliquantulum temporis calumnia contra me conflata est a-

A B C D E F G
H I K L M N O
P Q R S T V X
Y Z

A B C D E F G H
I K L M N O P
Q R S T V X Y Z

A B C D E F G H I
K L M N O P Q R S
T V X Y Z

qual' è nella Stampa Camerale.

Miſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieru-

qual' è nella Stampa Vaticana.

Ad Dominum cũ tribularer clamaui: & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gloria Patri &c.

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel. Dominus custodit te, Dominus protectio tua; super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te: neque luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vsque in seculum, Gloria Patri, &c.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem. Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israel: ad confitendum nomini Domini. Quia illic federunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te. Propter domum Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi. Gloria.

qual' è nella Stampa Vaticana .

CAPVT IX.

Nauclerus quidam peregrinus damna pertulit , & accedens hunc beatum virum , rogabat eum multis lacrymis, vt compateretur & ei, sicut omnibus alijs . Præcepitq. eum accipere quinque libras auri . Cumq, accepisset eas , abiens emit anthecam , idest arcam , & misit in nauim . Mox accidit , vt extra Pharum naufragium pateretur , nauim vero non perdidit , Accessit iterum ad eum , de bona eius voluntate præsumens , & dixit : Miserere mei, vt Deus mundi misertus est , Cui ille Patriarcha dixit : Crede frater, nisi miscuisses pecunia ecclesiæ illas pecunias , quæ tibi remanserant, nullatenus naufragium pertulisses. De malis habuisti eas , & perditæ sunt cum eis , & quæ fuerunt ex bonis . Verum præcepit denuo dari ei decem libras auri , denuncians ei , ne commisceret eis alias pecunias . Emens præterea anthecam , & nauigans , vna die , vento valido flante , proiectus est in terram , & omnia perdidit , & ipsam nauim , & non sunt saluatæ , nisi anima tantum . Voluit ergo præ confusione , & angustia idem nauclerus necare seipsum , sed Deus , qui semper saluti hominum prouidet , reuelauit hoc beato Patriarchæ . Et cum audisset , quod acciderat ei , nunciat ei venire ad se , nihil omnino dubitans . Tunc asperſit se puluere , & tunicam scindens , indecenter accedit ad eum . Cumq. vidisset eum in tali habitu ille sanctus , redarguit eum , & dixit , Misereatur tui Dominus . Benedictus Deus, credo ei , quod ab hodierna die nequaquam naufragium incidas , vsquequo morianis . Hoc vero tibi contigit , eo quod, & ipsa nauis tua , ex iniustitia esset possessa . Mox ergo iussit tradi ei vnam magnam nauim plenam frumento viginti millium modiorum , de illis nauibus , quæ sanctissimæ Ecclesiæ subiectæ ministrabant . Quam recipiens ,

Qual' è nella Stampa Camerale.

Fuit in Roma vir pius, & bonus, qui indifferenter homines religiosos, & pauperes ad hospitium inuitabat. Contigit autem eum confectum senio attenuari, vel aporiari rebus temporalibus, & angustiabatur plus, quod solitam hospitalitatem exercere non posset, quàm, quòd ad vsus suos sufficientiam non haberet. Cumq., vna noxium, anxius, pro talibus iaceret in lecto semiuigilans, audiuit vocem dicentem sibi. Vidi charitatem tuam, quam in exhibenda hospitalitate multo tempore infatigabiliter habuisti, & per hanc ad vitam deueniisti pauperem. Volo ergo non solum in futuro remunerare te, verum etiam in præsenti. Loquere illi diuiti, & de vinea tua, quæ melior est, cum vinea illius cambium facies: Ipse autem libenter annuet verbis tuis. Habita ergo illius vinea, in medio illius aceruum fodies in profundum, & sub eo reperies, quod Romanis copijs est inuisum: Ad hanc igitur vocem cum non homo protinus obediret, secundo quoque, & tertio, idem, quod vox diuina præcepit, primo. Tunc homo ad diuitem veniens obtulit concambium vinearum. Cui diues libenter, inquit, & quo melior tua vinea, mea, tibi soluam. Cui pauper: Nolo, ait, sed æquo valore cambium fiat, & factum est sic. Mox pauper communicato, secrete, consilio, filio, quem habebat, & duabus pariter filiabus; ad aceruum cum eis supradictum accedit in vineam, & incipiunt fodere cum spe magna. Cumq. diu fodissent, nec adhuc effectus sui signum aliquod inuenissent, cœperunt Patri suo, filius cum sororibus insultare. Quibus Pater. Nullo, ait, modo, posum credere, quòd frustrabor. aceruo igitur pater cum filijs viriliter instantes tandem in profundum inter ingentes lapides, vas marmoreum plenum aqua, & in ore ipsius vasis, olleam vitream plenam balsamo, & in orificio ollæ, vas paruum fictile, & in ore tres lapides præciosos, smarag-

Qual'è nella Stampa Vaticana.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo? Conuertere Domine, & eripe animam meã: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniã non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meã: Dominus orationem meam suscepit. Erubescant, & conturbentur vehemẽter omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valde velociter. Gloria Patri &c.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno. Verumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus, & mulus: quibus non est intellectus. In camo, & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Gloria Patri, &c.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ: & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum, & curua-

Qual' è nella Stampa Vaticana.

Ex Prato Spirituali quod eſt Tomo vij. Vitarum Sanctorum Patrum Aloyſij Lippomani. Cap. 186.

Cum in Samo inſula eßemus, narrabat nobis venerabilis pauperum cultrix Maria, mater domini Pauli Cadidati, dicens: Cum eßem in Ciuitate Niſibe, erat ibi Chriſtiana mulier, virum habens gentilem. Erant autem pauperes, habebant tamen quinquaginta numiſmata. Die vero quadam ait vir vxori ſuæ: Demus hæc numiſmata fœneratori, vt aliquod ſolatium ex eis capiamus; ea enim ſigillatim conſumimus, & deficiunt. Reſpondens autem illa bona vxor, ait viro; Si placet ea fœnerari, veni, demus illa ſub fœnore Deo Chriſtianorum. Dicit ei vir eius; Et vbi eſt Deus Chriſtianorum, vt demus ei? Ait illa: Ego tibi ipſum oſtendam: ſi enim huic dederis ea, non ſolum non illa perdes, ſed & vſuras tibi perſoluet, & capitale duplum reddet. Qui ait illi; Eamus, oſtende mihi illum, & demus ei. Illa vero aſſumens virum ſuum duxit in ſanctam eccleſiam. Habet autem eccleſia illa quinque magnas ianuas. Cum ergo induxiſſet illum in eccleſiæ porticum, oſtendit ei pauperes, dicens; Iſtis ſi præbueris, Deus Chriſtianorum ipſa accipit, iſti enim omnes ſui ſunt. Qui mox cũ gaudio numiſmata cœpit erogare pauperibus. Reuerſiq. ſunt in domum ſuam. Cum vero poſt menſes tres neceßitate ſumptuum anguſtarentur, ait vir vxori ſuæ: Soror, nihil, vt video, daturus eſt nobis Deus Chriſtianorum ex debito illo, & nunc anguſtamur inopia. Reſpondit mulier, & ait illi: Profecto dabit, vade vbi illa dediſti, & exhibebit ea tibi cum omni alacritate. Quo audito, ille currens abijt in ſanctam eccleſiam: veniensq; in loco, vbi erogauerat numiſmata pauperibus, & circumiens totam Eccleſiam, neminem vidit, qui ſibi debitum redderet, niſi ſolos pauperes denuo ſedentes. Cum ergo cogitaret in ſeipſo, cui diceret aliquid, vel à quo exigeret, aſpexit ante pedes ſuos in marmore iacere numiſma vnum ex illis, quæ pauperibus ipſe erogarat, inclinansq. ſe, & accipiens illud, abijt in domum ſuam, & ait coniugi ſuæ: Ecce profectus ſum in eccleſiam, & crede mihi mulier, quia Deus Chriſtianorum non vidi, vt dixiſti; nullusq. mihi aliquid dedit, niſi quod hoc numiſma ibi poſitum vidi, vbi ego prius erogaueram. Tunc ait ad eum mulier illa mirabilis: Ipſe eſt, qui tibi hoc inuiſibiliter præſtitit. Ille enim inuiſibili poteſtate manus ſuæ diſponit hunc mundum. Sed vade domine mi, eme nobis aliquid, vt comedamus hodie, rurſusq; ipſe prouidebit nobis. Abijt ille, & emit ſibi panem, & vinum, & piſcem, & veniens domum dedit vxori, quæ accipiens pi-

HEBRÆORVM LITTERAE.

h	dh	gh	b	a
He	Daleth	Ghimel	Beth	Aleph
ה	ד	ג	ב	א

i	t	hh	z	u
Iod	Teth	Cheth	Zain	Vau
י	ט	ח	ז	ו

ſ	n	m	l	ch
Samech	Nun	Mem	Lamed	Caph
ס	נן	מם	ל	כך

r	q,vel k	ts	ph	
Reſc	Coph	Tſade	Pe	Aijn
ר	ק	צ	פף	ע

th	ſc ſ
Tau	Scin
ת	ש

Qual' è nella Stampa Vaticana.

IDEM.

a, א,	Aleph.	l, ל,	Lamed.
b, ב,	Beth.	m, מם,	Mem.
gh, ג,	Gimel.	n, נן,	Nun.
dh, ד,	Daleth,	ſ, ס.	Samech.
h, ה,	He.	v, ע,	Aijn,
u, ו,	Vau.	ph, פף,	Pe.
z, ז,	Zaijn.	ts, צץ,	Tſade.
hh, ח,	Cheth.	q, vel k, ק,	Coph.
t, ט,	Teth.	r, ר,	Reſc.
i, י,	Iod.	ſc, ſ, ש,	Scin.
ch, כ,	Caph.	th, ת,	Tau.

GRÆCORVM LITTERAE

Primæ classis.

a	b	g	d	e
Alpha	Vita	Gāma	Delta	Epsilòn
Α	Β	Γ	Δ	Ε

z	j	th	i	c
Zita	Ita	Thita	Iota	Kappa
Ζ	Η	Θ	Ι	Κ

l	m	n	x
Lambda	My	Ny	Xi
Λ	Μ	Ν	Ξ

Idem.

o	p	r	s
Omicròn	Pi	Rho	Sigma
Ο	Π	Ρ	Σ

t	y	ph	ch
Tau	Ypſilòn	Phi	Chi
Τ	Υ	Φ	Χ

pſ	o
Pſi	Omega
Ψ	Ω.

Alphabetum Græcum.

Α, α,	ἄλφα,	alpha.	a
Β, β,	βῆτα,	vita.	b
Γ, γ,	γάμμα,	gamma.	g
Δ, δ, ∂,	δέλτα,	delta.	d
Ε, ε,	ἐψιλὸν,	epsilòn.	e
Ζ, ζ,	ζῆτα,	zita.	z
Η, η,	ἦτα,	ita.	i, longum
Θ, ϑ, ϑ, θ,	θῆτα,	thita.	th
Ι, ι,	ἰῶτα,	iota.	i
Κ, κ,	κάππα,	cappa.	c
Λ, λ,	λάμβδα,	lambda.	l
Μ, μ,	μῦ,	my.	m
Ν, ν,	νῦ,	ny.	n
Ξ, ξ,	ξῖ,	xi.	x
Ο, ο,	ο μικρὸν,	o micròn	o, paruum
Π, ϖ, π,	πῖ,	pi.	p
Ρ, ῥ, ρ,	ῥῶ,	rho.	r
Σ, σ, ς, ς,	σίγμα,	ſigma.	s
Τ, τ, ϯ,	ταῦ,	tau.	t
Υ, υ,	υ ψιλὸν,	y pſilòn.	y
Φ, φ,	φῖ,	phi.	ph
Χ, χ,	χῖ,	chi.	ch
Ψ, ψ,	ψῖ,	pſi.	pſ
Ω, ω,	ω μέγα,	o mega.	o, magnũ.

qual' è nella Stampa Vaticana.

Ενηργῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὡς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἢ ὡς προφοῖς ὁμοιωθῇ, καὶ χρηματίσῃ πρωτότοκος ὁ μονογενής· ἀλλ' εἰ καὶ ἔστιν ἑτεροφυὲς τὸ σῶμα παρά γε τὸ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἀλλ' οὖν εἷς καὶ Χριστὸς υἱὸς, καὶ θεὸς, καὶ κύριος· καὶ εἰ γέγονε σάρξ· καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως τρόπον παραλύειν, οὐκ ἀζήμιον, διιστάντας εἰ υἱοὺς δύο τὰς ὑποστάσεις, ἀποφοιτώσας μὲν ἀλλήλω· εἰς τὸ ἰδίᾳ τε εἶαι, καὶ ἀνὰ μέρος, ἐχούσας δὲ μόνην συνάφειαν τὴν ἔξωθέν τε, καὶ ὡς ἐν τάξει τιμῆς. εἰ δὲ γνῶσις, εἰμὶ γὰρ θεὸς ἐν σαρκὶ, καὶ αἵματι, κατὰ μὲ τὴν σάκα γινωσκόμεος, κατὰ δὲ τὴν θεότητος φύσι τε, καὶ δόξαν, ἰσομέτρως ἔχων τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, καὶ νοῦ, καὶ λόγου παντὸς ἐπέκεια τρέχω. οὐκοῦν, ἀνθέξομαι τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας, οὔτε τὰς ἀποστολικὰς ἀναιροῦεν ὠὰς, μὴ γένοιτο, οὔτε μὴν ἕτερα ἄττανα παρὰ τὸ εἰκὸς ἢ ῥονοῦντες, ἢ λέγοντες, τοῖς τῆς ἐναντιθρωπήσεως ἀντιπράττομε λόγοις· ἑπόμενοι δὲ πανταχοῦ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, καὶ ταῖς τῶν θεηγόρων φωαῖς τὸ χρῆναι κρα-

qual' è nella Stampa Vaticana.

Εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώποις ἐδόκουν πολεμεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ δι' ἄλογον αἰτίαν, μηδὲ διάτινα πρᾶξιν ἄτοπον ἐκείνοις ἐπεβούλευον· διὰ δὲ μόνην τὴν εἰς σὲ εὐσέβειαν, εἰκότως εἴποι ἄν τις αὐτοῖς σοὶ τῷ θεῷ ἐπιβεβουλευκέναι, καὶ πάσας τὰς μηχανὰς· ἐπεβουλεύσαντο κατὰ τῶν ὁσίων, κατά σου τοῦ θεοῦ μεσιός ἐστιν θεὸς, ἐν δὲ τοῖς ἀθώοις ἀθῶος· ἐν δὲ τοῖς ἐκλεοῦ ουβλτοῖς ἀς κτὸ ἐν δὲ τοῖς στρεβλοῖς οὐ στρεβλὸς, ἀλλὰ συστρεεὲεκμενος αὐτοῖς, διὰ τὸ εὔφημον· στρεβλὸν γὰρ εἰπεῖν τὸν θεὸν φυλάξατο. τούτοις τοὺς στίχους οἱ ἁπλούστεροι ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων πολλάκις λαμβάνουσι. οὕτω δὲ συστρεβλοῦται θεὸς ὡς ἐν τῷ δευτερονομίῳ λέγει· ἐὰν εἰσελεύσησθε πρός με πλάγιοι, εἰ σελεύσομαι κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐν θυμῷ πλαγίῳ. ματ̄ μακαὰ σπνόρτοθωψαι Ζητῶν τὸν λύχνον τοῦ Δαυεὶδ εὗρον ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ φερόμενον τὸ, ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυεὶδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. λύχνος δὲ ἑτοιμαζόμενος τῷ Χριστῷ ἐκ σπέρματος Δαυεὶδ, τίς ἂν γένοιτο, ἢ τὸ γένημα τὸ κατὰ σάρκα γενόμενον ἐκ διαδοχῆς Δαυεὶδ, ᾧ κέχρηται ὁ Χριστὸς φῶς ἐν αὐτῷ γενόμενος, καὶ τὰς τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μαρμαρυγὰς, καὶ τοῦ φωτὸς τὰς ἀνατολὰς πᾶσιν ἐξέλαμψεν ἀνθρώποις; διὸ καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις προφητικῶς φησὶν ὁ Δαυεὶδ, ὅτι σὺ φωτιεῖς τὸν λύχνον μου κύριε· σὺ γὰρ αὐτὸς φησὶν, ὁ κύριος τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τυγχάνων ἐνωθείς ποτε ἀπορρήτως τῷ ἐξ ἐμοῦ γεννησομένῳ λύχνῳ, μόνον αὐτοῖς ἐπάξεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱέσιν καὶ τοῖς ἐγγόνοις τὴν προγόνων πονηρίαν μιμησαμένοις τὴν δικαίαν σου τιμωρίαν, οἵδα φησὶν ὡς οὐτοῖς νηπίοις αὐτῶν ἀφήσουσι τὰ λείψανα αὐτῶν χορτασθήσονται υἱοὶ, καὶ ὤφθησαν ἐν οὕτως ἐν ἁγίῳ ὤφθην σοι σθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ χειρῶν

Idem
secundæ, & tertiæ classis.

Α Β Γ Δ Ε Ζ
Η Θ Ι Κ Λ Μ
Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ
Υ Φ Χ Ψ Ω.

Α Β Γ Δ Ε Ζ
Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν
Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ
Φ Χ Ψ Ω

Idem

Α Β Γ Δ Ε Ζ

Η Θ Ι Κ Λ Μ

Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ

Υ Φ Χ Ψ Ω.

Α Β Γ Δ Ε Ζ

Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν

Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ

Φ Χ Ψ Ω

qual' è nella Stampa Vaticana.

Αλλ' ὅπερ τοῖς ὁ ὄρθρος ἐστὶ, τοῦτο τοῖς ἀσκηταῖς τῆς ἐυσεβείας τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα σκολὴν τῇ ψυχῇ τῆς νηκτερινῆς ἡσυχίας χαριζομένης, οὔτε ὀφθαλμῶν, οὔτε ὤτων βλαβερὰς ἀκοὰς, ἢ θέας ἐπὶ καρδίαν παραπεμπόντων· ἀλλὰ μόνον καθ' ἑαυτὸν τῶν νοῦ τῶν θεῷ συνόντος, καὶ διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν τῇ μνήμῃ τῶν ἠμαρτημένων· ὅρους δὲ ἑαυτῷ τιθέντος πρὸς τὴν ἔκκλισιν τῶν κακοῦ, καὶ τὴν παρὰ θεοῦ συνεργίαν εἰς τὴν τελείωσιν τῶν σπουδαζομένων ἐπιζητοῦντος.

Ως γὰρ ὀφθαλμὸν περιαγόμενον συνεχῶς, καὶ νην μὲν ἐπὶ τὰ πλάγια περιφερόμενον, νῆν δὲ πρὸς τὰ ἄνω καὶ κάτο πυκνὰ μεταστρεφόμενον, ἰδεῖν ὀναργῶς, οὐχ οἷόντε, ἀλλὰ χρὴ προσερειδῆναι τὴν ὄψιν τῶν ὁρωμένῳ, εἰ μέλλοι ἐναργῆ αὐτοῦ ποιεῖσθεν τὴν θέαν· οὕτω καὶ νοῦν ἀνθρώπου ὑπὸ μυρίων τῶν κατὰ τῶν κόσμον φρωντίδων περιελκόμενον, ἀμήχανον ἐναργῶς ἐνατενίσαι τῇ ἀληθείᾳ.

Μήτε καὶ ἐν χρώματι τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. τὸ γὲν τὰς ἐν ἐσθῆτι εὐχροίας περισκοπεῖν, ἶσον ἐστὶ γηναικείῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσιν, ἀλλοτρίῳ ἄνθει παρειὰς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσαι.

Καὶ ἁπαξαπλῶς, ὡς ἐν τῶν ἐνδύματι ἡγεῖσθαι προσήκει τὸ χρειῶδες, οὕτω καὶ ἐν τροφῇ ἄρτος ἐκπληρώσει τὴν χρείαν, καὶ ὕδωρ θεραπεύσει τὴν δίψαν τῶν ὑδιαίνοντι, καὶ ὅσα σπέρματων παροψήματα, πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας τὴν ἰσχὴν τῷ σώματι δήνατον διασώσασθαι.

Προεξετάσαντα δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ ῥηδησόμενον, οὕτω δημοσιεύειν τὸν λόγον, εὐπροσήγορον ἐν ταῖς ἐντεύξεσι, γλυμὺν ἐν ταῖς ὁμιλίαις, οὐ δια τῆς εὐτραπελίας τὸ ἡδυθηρώμενον. ἀλλὰ διὰ τῆς εὐμενοῦς παρακλήσεως τὸ προσηνὲς ἔχοντα, πανταχοῦ τὸ τραχὺ, κἂν ἐπιτιμῶσαι δέοι, ἀπωθουμενον.



Iſrael es tu Rex, Dauidis



inclyta proles: Nomine qui in



Domini, Rex benedicte venis.



O vos omnes qui transi-



tis per viam attendite


T urba multa, quæ conuenerat ad diem fe-
ſtum clamabat Domino, Benedictus qui
ve nit in nomine Do mini.


Cum audiſſet populus, quia Ieſus venit Ieroſolymam acce-
perunt ramos palmarũ & exierunt ei obuiam, & clamabant
pueri dicentes: Hic eſt, qui venturus eſt in ſalutẽ populi.
Hic eſt ſalus noſtra, & redemptio Iſrael.

Leuaui oculos meos in montes : vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a Domino : qui fecit cęlum & terram.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñus Deus ſabaoth.

✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ s t u x y z

ST. BRID FOUNDATION
Passmore Edwards Library
REED C LECTION 1900

Martin Breslauer Cat 75 (Nov 51)

189 **STAMPERIA VATICANA.**—**[BROGIOTTI, ANDREA]. Indice de Caratteri,** con l'Inventori, & nomi di essi, esistenti nella Stampa Vaticana & Camerale. All . . . Francesco Card. Barberino. Rome (Stampa Vaticana) 1628. 8vo. Title printed in red and black, with the Barberini woodcut arms; 3 prel. ff., **and 68 ff. of type specimens.** In all 72 ff. Contemp. limp vellum. **£68**

A splendid, fresh copy of one of the earliest and most important type specimen books, the first to appear in Italy (apart from a few single sheets). The Stamperia Vaticana which contained the material of both the Tipografia Medicea and of the Camerale, was the printing house of the Curia; its foundry, rich in oriental founts, contained superb Roman and Italic founts cut by Garamond, Granjon and Le Bé. Updike (I, 166-168) reproduces no less than 10 pages to this "valuable source book," the importance of which he sums up in the following words: "The 'Indice' is among the most interesting 'specimens' in the history of printing, and shows the material of a seventeenth century Italian printing-office at its simplest and best."

This copy comes from the library of the Prince of Liechtenstein.

SEE ILLUSTRATION PAGE 31.